Nos Stanislaus Dei gratia Epus, Eggerdus a Kempen Decanus, Eustachius a Knobelsdorf Custos caeterique Canonici et Capitulum Ecclesiae Varmien. omni

1565 14/7

Nos Stanislaus etc et Nicolaus de Dzialin etc testa-
tum facimus omnibus, quorum interest aut intererit
tenore praesentium literarum, quod cum exorta esset con-
troversia inter R. d. J. Zelislawski Epum Culmen.
et Mag.cum d. Georgium Conopatski Cast. Culmensem
"per eundem d. Cast. superioribus annis ex- stirpato et culto — de quodam agro" et prato, inter villas Bitano epa-
lem dni epi, et Lopatki hereditariam dni Castellani
supra memoratorum intermediis, ~~et paucis annis su-~~
~~perioribus per eundem d. Castellanum extirpato et cul-~~
~~to~~, et uterque eum agrum et pratum quasi intra fines bonorum suorum
consistentem sibi vendicaret, resque eo usque progressa
esset, ut dnus epus avenam a dno Castellano in
agro illo seminatam coactis hominibus partim
conculcaret, partim auferret, dnus vero Castellanus vi-
cissim foenum ~~[illegible]~~ a dno epo desectum et in cumulos
comportatum, ac in vicino prato relictum asportaret, nos
ne qua offensio maior ac dissidium inter supradictos
dnos epum et Castellanum et necessarios eorum irrita-
tis utrinque animis existeret, medios nos interposui-
mus, auditisque utrinque partis propositionibus seu
querimoniis, et responsis, ipso quidem dno epo per
se suam, Mag.co aut dno Joanne Costca etc et Generoso
d. J. Conopatski ~~velut curatoribus [illegible]~~ dni Ca-
velut curatoribus — stellani Culmen. aegroti et absentis causam agentibus,
post longos tractatus cum utraque parte habitos, tandem
de consensu ipsorum ~~ea~~ amice rem inter ipsos com-
posuimus ad hunc modum. Quod debebunt partes

7

6

ipse cu iudicio iurato terre Culmensis, in qua bona
illa controversa sita sunt, in rem presentem veni
re feria sexta proxima ante dnicam Judica instan
tem, si erit comodum, vel si dnus Castellanus Gda
nensis ad eam diem ex iusta causa adesse no pot
erit, aliudve iusti impedimentu intervenerit, differetur

terminus ~~et~~ de scientia et consensu utriusq partes mutuo
ad feriam secundam post dnicam conductus Pa
sche ~~sub~~subsequentem. Quod si tunc etiam supradictus
d. Castellanus Gdanensis propter aliquod impedi
mentu ei negocio interesse non posset, partes ipse
consensu mutuo sine longiori dilatione aliam
diem inter se constituent, ~~dum~~ et in re presente
sive in loco controversiae, uti premissu est, iudiciu
iuratu adeunt, et coram eo unius vel duoru

e ipsis scabinis iuratis

absentia no obstante. Ipse per se, vel per necessa
rios sive procuratores legitimos compositi ac
sine strepitu et turba comparebunt, Atq ita

simpliciter ac de pla no, et sine ullis dila tionibus et exceptioni bus

~~appellatione sublata~~

disceptata modeste et secundu ius patrie contro
versia in petitorio simul et in possessorio, iusto
et legitimo sententiam iudicii ~~decreto~~ terminabitur. Ad quod iudi
cium ego procons. palatinus Culmensis supra nomina
tus ipsis partibus petentibus operam et presiden
tiam meam defero, Quod aut attinet ad con
cultata et amota utrinq anno superiori neme

T quatenus iusti aliquod impedimentu no interes set.

Jan. 1554.

Nos Stanislaus Dei gratia Ep(iscop)us, Eggerdus a Kempen Decanus, Eustathius a Knobelsdorf Custos ceteriq(ue) Canonici et Cap(itul)um Ecclesie Varmien(sis) omnibus ad quos presentes n(ost)re l(itte)re pervenerint, notum facimus et attestamur. Quod cu(m) nuper Canonicatus et prebenda, dicte Eccl(esi)e Varmien(sis) per obitum quondam Mathie Tuchskij ipsius Eccl(esi)e dum viveret Canonici m(od)o per defuncti vacaverint, et vacent ad presens. Nos ad electionem Canonicam iuxta morem et consuetudinem dicte Eccl(esi)e n(ost)re procedentes, vocatis ad id omnibus qui fuerant evocandi, predictos sic vacantes Canonicatum et prebendam, quorum collatio, provisio, et omnimoda dispositio ad nos coniunctim ad presens pertinere dinoscitur, cum omnibus suis iuribus et pertinentijs ac plenitudine iuris Canonici Venerabili in Christo nobis dilecto Joanni Leomann ~~Canonico~~ Eccl(esi)e Lubicen(sis) Canonico, et nostro Episcopi Varmien(sis) Cancellario, nobis de literarum scientia et vite honestate commendato ad ipsum Canonicatum Canonice et unanimiter electo, autoritate n(ost)ra ordinaria in titulum perpetui beneficij Ecclesiastici contulimus, ac de ijs etiam providimus, prout conferimus et providemus per presentes, recipientes ipsum Joannem in Canonicum et fr(atr)em, ac ad dictam prebendam cum admittentes, ac decernentes, eum vel procuratorem suum, ipsius ~~n(ost)ro~~ realem et actualem possessionem ipsius Canonicatus et pre[bende] … iuriumq(ue) et pertinentiarum om(n)i[um] eorundem recipiendum et inducendum fore, stallo ei in choro et loco in Cap(itu)lo cu(m) plenitudine Juris Canonici assignatis sibiq(ue) de fructibus redditibus, et proventibus omnibus ipsorum Canonicatus et prebende per eos ad quos pertinet integre respondendum fore, prout et responderi mandamus, dummodo tamen prius ipse Joannes personaliter q(uam) primum ad Eccl(esi)am ipsam accesserit, vel absens per procuratorem suum specialiter ad id constitutum de observandis ipsius Eccl(esi)e et Cap(itu)li statutis et consuetudinibus Solennne prestet iuramentum. In cuius fidem et testimonium has l(itte)ras fieri utriusq(ue) Ep(iscop)atis et adiuncti Capitularis maiorum Sigillorum appensione iussimus communiri. Datum et actum in loco n(ost)ro Capitulari apud dictam Ecclesiam Cathedralem Varmien(sem), nobis ad sonum campane capitulariter congregatis. Anno D(omi)ni M D Liiij die xx mensis Januarij

p Vladislavien(sis) dioc(e)sis

8

6

et formā, ita convenit, et per nos constitutū est,
ut id quod supradicti iudicij iurati decreto ~~in eodē~~
~~termino et instanti~~ definiatur, quid iure, quidve per
iniuriam utrinque factum sit, et convenienti estimatione facta,
pars quae laesa ~~esse satisfaciat~~ sive altera, sive utraque alte-
ri laesae satisfaciat sine ulla tergiversatione. Ultro aūt
~~[illegible]~~ d. epūs Culmensis obtulit, se, si quidē contra
se decretū erit, duplum eius, in quo condemnatus fuerit,
d. Castellano Culmensi solaturū esse: Sin aūt pro se,
~~et liberaliter~~ habiturū tamen esse benigne rationē damni eidē d.
" idque convenienter factumiri. Castellano in arena ~~data~~ a se dati." Interea vero dum
haec peraguntur, debebunt partes supradictae cū suis ad-
haerentibus pacem et bonā vicinitatē inter se colere,
et usu agri et prati controversi utrinque abstinere. Ad
v nempe d. epūs pro se ipse, d. aūt Castellanus Gdanen. et [illegible] Ki pro d. Castellano Culmensi et haeredibus ac successoribus eius
quae omnia ~~fore~~ inviolabiliter servanda ipsae sese submi-
serunt sub vadio [illegible] marcarū parti servanti a nō ser-
vante ~~per~~ irremissibiliter persolvendarū. In cuius rei
fidem nos arbitratores sive amicabiles compositores
supramemorati has literas manibus et sigilla nra
apposuimus, et ipsae etiam partes suprā nominatae sub-
scripserunt. Datū Lasini in conventu generali terrarū
Prussiae 14. die februarij. 1565.

Concordia inter Epum Cuten
et Castellanu.

8v